



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

IVRIS CANONICI|| SEV PONTIFICII|| PARTITIONES,||

Grégoire, Pierre

[Frankfurt], 1595

VD16 G 2996

4 De arbitris.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63677](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-63677)

DE ARBITRIS. A

TIT. IIII.

a Exstat titulus de arbitris, lib. 1. decretal. tit. 43. lib. 1. Sexti, tit. 22. lib. 4. Pandect. tit. 8. de receptis arbitr. & lib. 2. C. tit. 56.

CAPVT I.

- 1 Continuatio.
- 2 Et qui sint arbitri.

B Iudicibus cura debet esse, vt auditibus vtriusque partis quaestionibus & responsionibus partes, si fieri possit ad concordiam redigant; sin minus, iudicio determinant. a Cum autem ad formam iudiciorum arbitria reducta sint, b non alienum erit a methodo post ordinariorum iudicum tractationem, de arbitris quoque agere.

C Arbitri autem seu arbitrarii iudices, sunt proprie & compromissarii, qui nullam potestatem in eligentes habentes, consensu litigantium in iudices eliguntur, in quos compromittitur, vt eorum sententia stetur. c

SCHOLIA.

a c. 1. de mutuis petitiis. lib. 2. tit. 4. ca. si primates, §. q. 2. can. si quis membrorum, 23. quaest. 8. compromissum tamen non impedit, quominus vt iudex cognoscat, nisi iudici coram quo pendet lis, compromissi fiat probatio; & ex consensu partium utum esse ad arbitros; tunc enim quiescit eius officium; nam dum partes sunt concordantes, nihil ad iudicem. l. 1. §. inde, de operis noui nuntiatione, si aliter eius nec alterius interfit.

b l. 1. de recept. arb. P. conueniunt enim in pluribus. Nam. 1. per vtrunque iudicium & arbitrium interruptitur praescriptio; l. fin. C. de arbitr. 2. furatur in vtroque de calumnia. leg. 1. & 2. §. sed quia, de iura calumnia. C. 3. vtrunque ad finiendas lites pertinet, l. 1. de recept. arbit. P. Conueniunt & quarto, in formula procedendi, in principio, medio, & fine, & libelli oblatio.

Xxxx

id ipsum facere, & in decisio. 458. nota A quod, in anti.

h c. licet, §. de offic. ordinar.

i c. 1. de offic. lega.

k c. fin. de offic. lega.

l c. nouit, 7. de offic. lega.

m c. si quis autem, 2. 94. dist. c. vni. de consuet. in extrauag. commu.

n d. c. vico, de consuetud.

o c. cum instantia nostra, 18. cum suis, §§. de censib. lib. 3. tit. 39. c. accedens, 11. de praescriptio. lib. 2. tit. 16. in quibus & renouatur exceptio priuilegiarum & praescriptionum.

CAPVT IIII.

Quibus modis finiatur legatio.

Legatio legati minoris non cardinalis, suspenditur, quando legatus cardinalis in prouincia eius est; a aut si alius pro speciali negotio in eadem prouincia delegetur cum mandato speciali; atq; ita speciale mandatum derogat generali; b finitur vero legatio, quando ad tempus facta est, eo lapsa; c vel si reuocetur; d aut si legatus referat causam ad summum pontificem, ideo in ea amplius non procedit. e Morte etiam legati finitur legatio, non etiam morte summi pontificis delegantis, tanquam potestas iudicis ordinarii; f legatus enim esse dicitur sedis Apostolicae; quae nunquam moritur. g

SCHOLIA.

a ca. volentes, de offic. lega. & expirat iurisdictione minoris, adueniente potestate maiore, c. peruenit, 1. q. 1. c. ecce, 95. dist. c. fin. de offic. ordin.

b c. studuisti, 2. de offic. ordin. c. 1. c. pastoralis, de rescr.

c c. de causis, de offic. deleg.

d l. iudicium soluitur, §. de iud. P.

e c. licet, §. de offic. ordinar.

f c. legatos, 2. de offic. ordin. in Sex.

g c. si gratuita, de rescript. in Sex. c. 2. liberti, 12. q. 2.

ne. l. penult. §. *sin autem*, §. *altera*, de arbit. A
 C. l. *rem non nouam*, §. 1. de iud. C. *nisi aliud dictum sit in compromisso*. Sunt tamen quedam, in quibus differant arbitria & iudicia, quorum aliqua refert glo. ad c. cum dilectus, 6. ad verba nisi his, de arbit. Veluti primo differunt, quia stricti iuris sint arbitria, neque quicquam arbitri possunt extra compromissi terminos agere. l. non distinguemus, §. *si de recept. arbit. uenit*, §. *solum in arbitrium, quod uenire debere nominatim dictum est*. l. *si cum dies*, §. *plenum*, de arbit. In iudicium uero ueniunt omnia, que expresse, ne ueniant, non prohibentur; c. *cum ecclesia*, de caus. possess. & proprietat. l. *solemus*, de iud. P. 2. Arbitrari non potest punire contumaces vel testes cogere, l. *quid tamen*, §. 1. & *sin. de recept. arbit. nisi in casu, c. suspitionis*, de offic. delega. Et nisi id ipsum in compromisso dictum sit; si quidem non habet iurisdictionem, l. *prætor*, de iud. Iudex contra titu. de dolo & contu. titu. de testibus cogendis, 2. Arbitrari non pronuntiat sententiam, nisi utraque parte presente, præterquam, si aliter in compromisso placuerit; l. *diem proferre*, §. *si quis litigatorum*, de recept. arbit. iudex potest, l. 1. C. *quomodo & quando iudex sententiam proferre debeat presentibus partibus*. l. *properandum*, 13. §. *et si quidem*, de iud. C. l. 73. eod. P. 4. Arbitrari non potest alibi partes citare, quam in loco, in quo compromissum est, leg. *si cum dies*, §. *si arbitrari*, de recept. arbit. P. Iudex potest sine incommodo tamen litigantium, l. *si locus*, §. 9. de iudic. §. *Arbitrari non potest delegare arbitrium*, l. *in compromissis*, l. *non distinguemus*, §. *quæsitum*, de recept. arbit. quia electa censetur industria, & ingenium arbitri, ideo per alium non potest implere, l. *inter artifices*, de solutio. P. At iudex partes suas delegare potest, l. *placet*, de pedaneis iudic. C. l. *more maiorum*, §. *de iurisdictione omnium iudic.* P. l. 1. de offic. eius cui manda. est iuris, 6. Non fit satisfactio coram arbitro, sufficit enim poena

compromissi, §. *ad excludendas*, de litigio-
 sis, in anten. coram iudice, contra anten.
 offeratur, Cod. de litis contestatio, lib. 3. tit.
 9. nouel. 53. cap. 3. titu. *si quis cautionibus*,
 & titu. *qui satisfacere cogant*. & c. in
 Pandect. 7. Non potest mora purgari in
 arbitro, ubi dies præfixus est ab homine, l.
celsius, de recept. arbit. P. Contra in iudic.
 ciis, l. *sancimus*, de fide instrument. Cod. l. *si*
post tres, si quis cautio. P. 8. Sententia ar-
 bitri non infamat, l. *quid ergo*, §. *ex com-*
promisso, de his, qui notan. infam. P. quia
 nec is potest de crimine, quod infamat cog-
 noscere, l. *non distinguemus*, §. *Iulianus*,
 de recept. arbit. P. c. *causa*, de integ. res-
 titut. Sententia iudicis potest, l. *fustibus*,
 cum duabus sequentibus. C. *ex quibus causis in-*
fam. irrog. lib. 2. titu. 12. l. 1. §. *quorum al-*
terum, ad Senatus cons. Turpilian. lib. 48.
 P. titu. 16. 9. Si partes renuntiant appella-
 tioni & pactum faciunt de non recedendo
 ab arbitrio, possunt, nihilominus ab eo re-
 cedere, l. *penultim.* C. de arbit. Aliter si de
 sententia iudicis sequenda paciscantur. l.
fin. C. de temporib. appellat. 10. Ab arbitri
 sententia non appellatur regulariter. l. 1.
 C. de arbit. l. *a iudicibus*, 2. *quæst.* 6. ab om-
 ni sententia contra; capit. *ut debitu*, de
 appellat. & toto titulo, in P. & C. quoque,
 11. Ex compromisso pupillus naturaliter
 obligatur, quod vel ex eo liquet, quia fide-
 iussor accedat, l. *si pupillus*, de recept. arbit.
 Quod non dicitur in iudicio. l. 1. *qui legiti-*
timam personam stan. in iudi. habeant. C.
 12. quod ex compromisso non datur rei iu-
 dicata exceptio, sed poena petitio. l. 2. de re-
 cept. arbit. Pand. nisi in tribus casibus 1.
 si iuratum sit, 2. si paries se subscripserint
 dicendo *consentio*, vel *non contradico*; 3.
 quando per decem dies post pronuntiationem
 sententia, & cognitionem eius, tacuerunt
 sine appellatione, ut l. *ne in arbitrio*,
 & l. *penult.* C. de arbit. vel in casu, l. *liti-*
gatores, §. *interdum*, de recept. arbit. P. Ex
 sententia iudicis contra, datur exceptio
 rei iudicata, titu. de exceptio. rei iudicat.
 lib.

lib. 44. titu. 2. P. §. fin. de perpetuis & temporali-
 bus. actio. apud Iustinia. 1. Conuentus
 coram arbitro, non potest coram eodem
 reconuenire conuenientem, cap. cum di-
 lectus filius, 6. de arbitr. contra in iudi-
 cio, cap. 1. de mutuis petitionibus, cum si-
 milibus.

C c. a iudicibus, 33. in principio, & §. 1. 2. q. 6. quo loci iudicum quidam dicuntur ordinarii, alii arbitrarii. Ordinarii sunt qui ab Apostolico, ut ecclesiastici, vel ab Imperatore, ut pote seculares legitimam potestatem accipiunt. Arbitrarii sunt, qui nullam potestatem habentes, cum consensu litigantium in iudices eliguntur, in quos compromittitur, ut eorum sententia stetur. Et horum alii dicuntur ordinarii & arbitrarii, alii ordinarii tantum, ordinarii & arbitrarii sunt, qui legitimam alioquin potestatem habentes, ab eis eliguntur ad arbitrandum qui non sunt sue ditioni suppositi. Hinc fit ut quia electi sunt ex consensu, non liceat ab illis appellare, in d. c. a iudicibus, & seq. sane, 2. q. 6. In quo mendum est corrigendum, & pro eo quod legitur, liceat, legendum, non liceat, ut habetur in concilio Carthaginensi, 3. c. 10. l. 1. C. de arbit. Quod dictum autem est rursus eligi iudices nempe arbitros ex consensu, intelligendum de compromissariis. Alioquin interdum, & leges cogunt litigantes dum recusant iudices ordinarios, eligere iudices seu arbitros, non tamen ad decidendam causam principalem quam causas recusatationis; vel ipse iudex arbitros illos dabit, can. peruenit, 39. 1. q. 1. cap. licet, cap. si quis contra, de foro competent. Iunge ca. cum speciali, de appellatio. Veruntamen notandum huiusmodi arbitros ex necessitate datos vel acceptos, non proprie arbitros, saltem non esse compromissarios, de quibus agimus; & proinde ab illis non ab istis appellari. l. fin. C. de iudic. Coactio enim illa, liberum tollit arbitrium. l. rem legatam, de adimend. legat. Pand. Coactio vero fit in pluribus, veluti & clericum co-

gitur eligere arbitros, si agat contra suum episcopum, cap. si clericus, 46. & ibi gloss. 1. 1. q. 1. cap. secundo requiris, de appellat. Compromittere autem, est simul libere promittere, quod stabitur sententia arbitratorum, leg. diem proferre, §. stari, & §. fi. de recept. arbitr. P. inde arbitrium vocatur compromissum, l. societatem arbitratorum, pro Socio, Pand. latius de his proximo capite.

CAPVT II.

Species arbitratorum.

L Atius tamen aliquando arbitri appellatio accipi pro aliis potest; quare arbitratorum in genere quidam dicuntur ordinarii arbitri, alii simpliciter arbitri, vel arbitrarii; ordinarii sunt, qui potestatem quidem habent iudicandi, sed non in eos qui sui iurisdictioni se subiiciunt ad iudicium accipiendum, eos eligendo. **a** Arbitrarii vero tantum sunt, qui aliunde nullam legitimam potestatem acceperunt, quam a compromittentibus, qui ad iudicandum de quaestione, quam inter se habent, eos elegerunt. Est & amicabile compositio, quæ differt ab arbitrio, & quæ fit sine forma iudicii, & de his etiam, de quibus compromitti non potest in arbitros. **c** Distinguntur & interdum arbitri, quod quidam dicantur accepti ex forma iuris, quosve quis tenetur secundum ius eligere; Alii autem dicantur ex compromisso, id est, sponte a partibus nullo iure iubente, electi. **d**

SCHOLIA.

a Hac omnia traduntur in d. c. a iudicibus, in §. 1. 2. questio. 6. & superiori proxima, ca. 1. annotatione quodammodo explanauimus. Differentia & addenda horum; quod a iudicibus non suis, communiter electis appellatur, nisi aliter conuenierit, ab arbitris solum, non utiq. l. ex consensu, de appellat. Receptum autem est, posse compromitti in iudices proprios ordinarios & delegatos, quando potestas illorum redditur ar-

bitraria promittendo & compromittendo, A
quod sententiam illorum veluti arbitrium
obseruabunt compromittentes, cap. cum o-
lim 7. & cap. annotuit, de arbitris, cap. nisi
essent viri prouidi, de prabendis, cap. lite-
ras, de presuntio. Superiori diuisioni clas-
fici interpretes addunt aliam distinctio-
nem, nempe arbitrorum simpliciter, & ar-
bitrorum arbitratorum, de qua & Panor-
mit. ad cap. causam que, de elect. Vocant
arbitrum eum, qui iudicare debet de iure, B
secundum ordinem iudiciarium; Arbi-
tratore, qui assumitur super contractu
ad litem decidendam; videtur hac disti-
ctio originem sumxisse ex leg. societatem
mecum, 76. §. arbitrorum, pro Socio, libro
17. P. ii. 1. cui iungendum principium le-
gis eius; ubi dilucidius, quam inuoluant
interpretes, res manifesta sit. Proposita e-
nim questione de contra societate ea lege, ut
Nerua amicus communis partes societa-
tis faceret, & cum Nerua consultisset, ut
tu ex triente socius esses, ego ex besse, cumq;
quareretur, utrum id ratum iure societatis
esset, an nihilominus socii ex aequis partib.
essemus, respondit Proculus, melius quesi-
tum fuisse, utrum ex his partib. socii essemus,
quas ipse constituisset, quam ex his, quas utrum
bonum constituisset oportuisset. Quaren-
dum enim putabat, quam potestatem de-
dissemus huic Nerua, non inquam, in eum D
compromissemus tanquam in arbitrum,
an vero tanquam in bonum virum, ut sen-
tentiam diceret, & quid sibi videretur.
Sicque statim Proculus addit, in §. arbi-
trorum; arbitrorum enim genera duo sunt,
vnum eiusmodi, ut sine aequum sit, sine ini-
quum, parere debemus; quod obseruatur
cum ex compromisso ad arbitrium itum est;
alterum eiusmodi, ut ad boni viri arbi-
trium redigi debeat, etsi nominatim fue-
rit comprehensum, ut arbitrium eius fiat E
(& postea l. 77.) veluti cum lege loca-
tionis comprehensum est, ut opus arbitrio loca-
toris fiat, & l. 78. In proposita vero quaesti-
one arbitrium boni viri existimo sequen-

dum esse, & magis, quo iudicium pro socio
bonafidei est, & postea 79. unde si Nerua
arbitrium ita prauum est, ut manifesta
eius iniquitas appareat, corrigi potest per
iudicium bonafidei, & c. qua sequuntur
iuncta l. 80. ex quibus patet aliter differre
arbitros, quam contorqueatur textus ab
interpretibus, nempe arbitros alios dici eos,
qui in forma iudiciali debeant iudicare,
alios qui sine forma illa & sine litigantium
contentione reciproca, mentis sue senten-
tiam, vel quod videatur proferre debent,
quorum postremi non pertinent ad iudi-
ciorum qualitatem, neque etiam de his a-
gitur titulus de arbitris; nam illorum arbi-
trium est voluntas tantum simplex, ut cum
dicitur, aliquid arbitrato alicuius reli-
ctum vel collatum, id est, in voluntatem,
qua si non fuerit visa iusta, debet reduci
ad id, quod bonus vir faciendum existi-
masset sine strepitu iudicii, ut sequenti an-
notatione dicitur. In hoc tamen commissio
arbitrio non erit recedendum a persona, in
quam arbitrium dicendum reiectum est,
id est, debent qui arbitrium eius elegerunt
expectare eius voluntatem, l. si quis arbi-
tratu, de verborum obligatio. l. si coita pro
socio, P. l. si libertus, de ope. liber. P. l. fin. de
contrahen. emtio. C. veruntamen si non
fuerit, ut iustum est arbitratus, illius ar-
bitrium arbitrio boni viri, id est iudicis, e-
mendari poterit, l. continuuus, §. cum ita,
de verbor. obligatio. quod ex iure videtur
aliter statui in arbitrio ex compromisso
prolato, in quo siue bene siue male statum
fit, standum erit metu poena. l. diem profer-
re, §. pari, de recept. arbi. P. nisi forsan ex
doli exceptione submoueat, leg. arbitro-
rum, C. de arbitris, vel aliis modis subue-
niatur laeso enormiter per recursum ad ar-
bitrium eiusdem boni viri, vel per appella-
tionem, ut postea inferius suo loco dicitur.
Nihil propemodum quoque pertinent ad
iudiciales arbitros seu compromissarios alia
species, quas proponit glossa in d. §. arbitro-
rum, l. societatem, pro socio, veluti quod
quis

quis sit arbiter rei sua, l. arbitro, qui satisfacit. cog. an. Pandect. l. antepenult. de iudic. (l. in re mandata, C. manda. l. quisquis, de postula. & arbitrium voluntatis ultima, l. 1. C. de sacrosanct. eccles. nam ista arbitria pro voluntate libera accipiuntur, nec ad institutum tractatum pertinent. Si velis nihilominus explere animum de eorum distinctione, consules qua diximus lib. 47. synagm. iur. cap. 39. addam tamen ne tyrones, conturbet doctorum & interpretum lectio; in summa notare oportere apud illos interdum arbitrium accipi pro iudice delegato vel ordinario, ut in l. quisquis, C. de postul. l. arbitro. & sequent. qui satisfacit. cog. an. interdum pro eo, qui de iure eligitur, dum index recusatur ex causa suspicionis, ut in cap. suspicionis, de offi. delega. in l. apertissimi, C. de iudic. c. cum specialibus, de appellationib. cap. legitima, eodem titu. in Sexto, quem vocant interpretes iuris arbitrum, interdum arbiter is est, qui eligitur a partibus ex compromisso, de quo nos agimus, & sic accipitur in l. 3. §. 1. & toto titulo, de recept. arbit. & de arbitris hunc tamen interpretes vocant arbitratores, quem dicunt differre ab arbitro; quod arbiter ex iure; arbitrator de iure & de facto siue ordine iudiciali sententiam dicat, quod admonuisse sufficit; alioquin enim non erit distinctio vel differentia inherendum ut commentitia, quemadmodum etiam docet Corasius lib. 4. Miscella. cap. 8. sed erant tentanda qua ante docuit, b. si quis episcopus accusatus, 3 §. arbitrarius tantum, 2. §. 6. c. peruenit, 3. de arbit. d. ut in cap. legitima, 2. & ibi glossa ad verba formam iuris, de appellationib. in Sexto. c. cum specialibus, 61. eodem tit. apud Gregor. ubi ex causa suspicionis iudicis probanda contententes tenentur eligere arbitros ad eam decidendam; notat autem predicta glossa in arbitris iuris huiusmodi. pro iudicandis causis suspicionis iudicis ecclesiastici, arbitros esse debere clericos & non

laicos, & sine suspitione; & quod non multum sint remoti a loco, si que in locis ubi possit haberi copia peritorum.

CAPUT III.

De quibus rebus compromitti in arbitros possit, vel non.

DE omni cōtrouersia generaliter in arbitros cōpromitti potest, a nisi nominatim prohibeatur. Prohibetur autē super beneficio, b super electione, c decimis, d & super his, in quibus non licet priuatis declinare forū iudicis, aut transferre earum rerum in alios iurisdictionem. e Proinde delegati ab ordinariis, qui iurisdictionem non habent, sed tantummodo facultatem iudicandi, seu arbitri, de causa restitutionis in integrum cognoscere non possunt, nisi coram eis mota fuerit incidenter. f In matrimoniali quoque, g liberali, h vel criminalibus causis, i cum maiores iudices illa exigant, arbiter assumi non potest, k ut neque praelato compromittere licebit de rebus suae ecclesiae in prauiudicium exemptionis. l Minus compromittere permittitur de his, quae iam sententia legitimi iudicis sopita fuerunt, aut de dubiis ex ea sententia prouenientibus, quae possent peruertere sententiam. m Possunt vero ecclesiasticae personae de rebus civilibus compromittere in laicum, n sed non de rebus spiritualibus, o praeterquam si de his cum auctoritate superioris in clericum & laicum simul compromittant. p

SCHOLIA.

- a ca. fin. de transact. in his, inquit textus, super quibus ius non inuenitur expressum procedas æquitate seruata, in humaniorem partem declinando, & c.
 b veluti super beneficio, c. 2. de arbit. ca. nisi essent viri prouidi, de praben.
 c cap. cum dilectus, 3. 2. ca. cum in iure, 33. de elect.
 d ca. cum Apostolica, de his, quae fiunt a praelatis sine consen. capit.

- e** quia arbiter non consequitur iurisdictionem ex arbitrio sibi delato, sed tantum cognitionem seu notitiam, l. 1. C. de arbit. l. ait prator. de re iudic. Et priuatorum consensus iudicem non facit eum, qui nulli praestit iudicio, neque quod is statuit rei iudicata obtinet auctoritatem, l. priuatorum, 3. Et l. fin. de iurisdic. omnium iudic. lib. 3. Cod. tit. 1. 3. contra, si is alicui praestit, Et eius fieret extensio. l. 1. C. cod. l. 1. de iudic. P.
- f** c. in causa restitutionis, 9. de restitut. in integ. lib. 1. tit. 41.
- g** dicit. cap. causa restitutionis, §. fina. Et cap. fin. de transact. causa quippe matrimonialis debet tractari per iudices discretos, Et ecclesiasticos, iuxta concilium Tridentinum sessio. 24. de sacrament. matrimon. cap. fin. Et secundum sacros canones, capit. truanos, de sponsalibus. Et per eos, qui potestatem habeant iudicandi, cap. ex literis, de consanguini. Et affinit. Coniugii sacramentum compositionis remedium non admittit, neq. in eo a seueritate canonica recedere licet, cap. fin. de transactio, maxime dum de validitate vel improbatione agitur matrimonii, quos Deus enim coniunxit, non potest homo separare; canon. quos Deus, ca. an quod, 31. quest. 2. cap. de inde opponitur, 26. distinct. ca. inter corporalia, de translatio. episcop. ut neq. sententia lata contra matrimonium unquam transit in rem iudicatam, ca. lator, de sent. Et re iud. cum simil.
- h** cap. causa restitutionis, de restitut. in integ. l. non distinguemus, §. de liberali, de recept. arbitr. liberalis causa est, que pertinet ad statum libertatis, in de. Et liberale iudicium, ut liquet ex titulis de liberali causa in P. Et C.
- i** criminalis causa in arbitrium deduci non potest, si in ea sit famosum delictum, d. cap. causa, de in integ. restitutio. d. l. non distinguemus, §. Iulianus, de recept. arbitr. aut si agatur de vindicta publica, Et poena fisco ad iudicanda, quam partes non possunt
- A** remittere, glossa in l. 2. ad Senatusconsult. Syllania. Bartol. ad leg. 1. §. vsque adeo, de iniur. Pan. si tamen crimen famosum non sit aut si civiliter agatur, ex eo potest compromitti; ideo sententia arbitri super eo infamare non dicitur, leg. quid ergo, §. ex compromisso, de his qui notan. infam. vide doctor. ad cap. Quintanallis, de iur. iuran. si etiam in crimine maiori fuerint ad cognoscendum de eo delegati quidam, qui arbitrium etiam super illo susceperint reventia potestate delegata, valebit eorum arbitrium ut compromissum, ut in capit. literas, l. 4. de presumptio. libro 2. tit. 23. quia non sunt simpliciter arbitri, aut absq. potestate; poterant enim alioquin, Et sine compromisso cognoscere. Poterunt Et arbitri cognoscere, si de causa criminali, agatur tantum de interesse pecuniario contententium, ut notat Massnerius in praxi, tit. de arbitris, §. 1. item non valet compromissum, per dict. l. non distinguemus, §. super errorem.
- B** d. c. causa de restitut. in integ.
- C** c. cum tempore, §. de arbit. id ipsum in aliis que sunt in prauitatum ecclesie, aliter autem si fiant in fauorem. Et prouide si compromissum si de rebus ecclesie, quod non inducit alienationem rerum ecclesie, valet, non etiam si inducat. Panormi. ad dict. cap. cum tempore, Et ad cap. contingat, de transactio. Anchara, ad cap. 1. de rebus eccles. non alien. in Sexto. Bartol. ad l. nulli, de transact. quocirca si de rebus ecclesie praelatus velit compromittere, ut compromissum valeat debet adhibere consensum capituli, Et solemnitates in rebus ecclesiasticis, alienandis requisitas, relatas in cap. sine exceptione, l. 2. questione 2. Et in cap. 1. de rebus eccles. non alienand. quae nec consuetudo tollere potest, ut notant interpretes in capit. nulli, de rebus eccles. non alienand. glossa ad cap. sicut, Et ad can. sine exceptione, l. 2. questio. 2. facit ca. quanto, de his que fiunt a praelatis sine consen. cap. Et generaliter qui rem non potest alienare,

re, non potest eandem iudicio committere, A
l. i. de iure delibera. P.

m capit. exposita, 13. de arbit. vide l. cum si-
dei commissum, 7. de confess. Pandect. que
distinguit, ut neque post sententiam a qua
non est appellatum, valeat transactio, quia
amplius res dubia non dicitur, quae est re-
quisita in transactione, leg. si causa, Cod. de
transactio. l. etiam post rem, eodem titul.
P. eleganter, §. si post, de condict. indeb.
P. quod si etiam de interpretatione sententiae B
agatur, ad eundem erit is, qui protulit, cuius
enim est condere, eiusdem est interpretari, cap. inter alia, de sentent. excom.
cap. sicut, §. ex his, 11. questione 1. l. fin. C.
de legib. Et recurrendum est ad sensum
et intentionem proferentis vel scribentis,
c. petitio, de procura. c. licet, de offic. ordin.
c. exiuarum, de usu pallii.

n ut in c. exposita, 11. de arbit.

o cap. contingit, fin. de arbit. quia, inquit,
non decet, id est, non convenit, vel decens
non est, ut de talibus laicus arbitretur,
cum de spiritualibus non possit cognoscere,
cap. lator, qui filii sint legitim. capit. decer-
nimus, de iud. et de ecclesia male iudicat,
qui in his querit iudicium laicorum, cap.
placuit, 11. q. 1.

p ut colligitur ex c. per tuas, 9. de arbit.

CAPVT IIII.

Quis possit compromittere.

Poterit compromittere a etiam, qui
nominatim, non prohibetur, b & qui
habet liberam rerum suarum administra-
tionem, de rebus enim alienis nemo com-
promittens sine mandato, potest in pra-
iudicium domini quippiam agere, nisi is
postea ratum compromissum habeat. c Sic
non valet compromissum per pupillum
aut filium familias factum, sine auctoritate
tutorum vel curatorum, aut patris, ex-
ceptis his, in quibus filius familias admit-
titur ad agendum aut defendendum sine
patris auctoritate, d fauor maximus in ex-
ceptione controuersiarum versatur extra

iudicium, & proinde episcopi munus di-
citur, tam clericos quam laicos dissidentes
& litibus implicatos, ad pacem & concor-
diam compellere, potius quam in iudicium
trahere e.

SCHOLIA.

a utilitas istius questionis, quis possit com-
promittere, in eo versatur, ut si compro-
mittatur ab eo, qui non potest, corrumpente
compromisso, corrumpat etiam poena petitio.
l. diem, §. coram, et l. si pupillus, de recept.
arbitr. Pandect. nec stabitur sententia
cum principale enim corrumpit, et conse-
quenter accessorium. l. cum principalis, de
regulis iur.

b quia editum de arbitris, est prohibito-
rium certarum personarum, l. si pupillus,
l. non distinguemus, §. si seruus, de reo. ar-
bitr. P.

c cap. per tuas, 9. §. super quo, de arbit. quia
res aliena in iudicium deduci non potest,
l. i. de iure delibera. P. rubric. res inter a-
lios gesta, et c.

d gloss. ad cap. cum dilectus, de arbit. l. diem
proferre, §. coram, et l. Pedius, cum l. seq.
de recept. arbitr. P. admittitur autem ad
agendum et defendendum filiusfam. solus
sine patre, in spiritualibus, ca. fin. de iudic.
in Sext.

e tota 90. distinct.

CAPVT V.

De compromissi formula.

Quando eligendi sunt a contententi-
bus arbitri, aut vnus aut tres eligentur;
ut vel tres conueniant, vel duorum potior
sit sententia, a Si tamen in duos compro-
missum fuerit, valebit nihilominus com-
promissum; qui si inter se discordent, po-
terunt tertium eligere concorditer. b Recepta
& est clausula compromissi in duos, ut
si ipsi dissideant inter se in sententia, possint
certam tertiam nominatam personam e-
ligere, alioquin de incerta non valeret. c
quanquam valeat forma compromissi, ut

arbitri per se diffiniant, vel per alios duos A
mediatores, quos ipsi elegerint. *d* Arbitri
porro de his ratum, super quib. in eos fue-
rit compromissum, iudicare possunt. *e* Ce-
terum in compromisso; vt arbitrium te-
neat, adiici debet, vel pœna aduersus non
seruantem, aut iuramentum de seruando,
f forma autem in compromisso distinguit ar-
bitrium verum ab amicabili compositore,
quem vulgus vocat arbitratorem. Nam si
ita in aliquem compromittatur, vt libel- B
lum, responsiones & probationes reci-
piat, iurisque ordine seruato, procedat, ar-
biter censeretur debet, *g* sin autem in aliquem
compromittatur, vt controuersia de pla-
no, & sine serie litis amici componat, & ex
æquo & bono statuatur, quamuis arbiter di-
catur, tamen vere talis non est, sed amica-
bilis compositor. *b*

S C H O L I A.

- a* cap. 1. de arbitr. expedit autem vnum vel
tres impari numero potius quam duos eli-
gi, quod alioquin facile sine exitu futura
sit eorum sententia, propter hominum ad
dissentendum facilitatem. *l. item si vnus,*
§. principaliter, de recept. arbitr. P. duorum
autem ex tribus sententia præserte tertio,
valet, licet ipse dissentiat præserte, si tamen
absens esset, non valeret, *l. si in tres, de re ar-*
bitr. P. nisi expressum esset in compromisso,
vt duo possint procedere sine tertio, *l. non*
distinguemus, §. cum in plures, de rec. arb.
c. vno delegatorum, 42. de offic. & potest. a.
iudic. deleg. lib. 1. tit. 39. per clausulam,
quod si non omnes, *§. c. qua & in iudi-*
cibus plurib. delegatis locum habet, c. pru-
dentiam, de offic. delega.
- b* vt in cap. suspicionis, de offic. delega. *l. item*
si vnus, §. principaliter, de recept. arbitr. P.
- c* *c. innotuit, 12. de arbitr. d. l. item si vnus, §.*
si in duos, de rec. arb.
- d* cap. cum a nobis, 13. de arbitr. sunt autem
illi mediatores amicabiles compositores, nõ
arbitri, ne proxime dicta repugnent.
- e* cap. cum dilectus, 6. de arbitris. Stricti in-

ris sunt compromissa, neq. extra ea quip-
piam arbitri valide agere possunt, *l. non*
distinguemus, §. fina. de recept. arbitr. & in
arbitrium tantum ea veniunt, de quibus
dictum est vt veniant. l. si cum dies, §. ple-
num, eod. tit. Pand. nisi accedant qua-
dam coherencia, sine quibus causa commo-
de explicari nequeat, quæ admodum quan-
do statuitur dies solutioni faciendæ, dict. l.
si cum dies, §. fin. & l. quid tamē, §. solutio-
ni, & l. Celsus, eod. tit. Potest & de causa
restitutionis in integrum arbiter inciden-
ter, non autem principaliter cognosce-
re, l. causam restitutionis, de restitutio. in
integ.

f iure pœna adicitur & iuramentum, vt eo-
rum meiu seruentur dicta per arbitrium,
cap. 2. capit. per tuas, de arbitr. Cod. §. quia
vero, de iudicib. in nou. l. litigatores, §. 2.
de recept. arb. P. & de iure iurando iterum
in l. 4. C. eod. tit. Permissum tamen olim
& compromittere sine pœna, quo iure, con-
tra nonstante arbitrio electorum ex com-
promisso agebatur incertu actione, *l. dicitur*
proferre, 27. §. fina. de recept. arbitr. Cor-
rexit Iustina. nou. 82. de iudicib. cap. 11.
§. quia vero multa, in plerisq. ius ea de re
antiquum, & primum, ne esset vlla actio
ex compromisso sine pœna constituto; iur-
sum, ne iuramentis cõpromissis aduere-
tur, sed sufficeret multam vel pœnam non
seruantis cõcipere, qua soluta liceret libere
ab arbitrio resilire, id ipsum relatum in d.
authen. decernit, C. de arbitr. voluit tamen
Leo Imperator nouella 73. vt pactum etiam
non constituta pœna valeat, vt & iur-
pontificium in cap. 1. de pœnis, etiam nu-
dum, cap. 1. de pact. quamuis illud iure ci-
uili non actionem sed exceptionem produ-
cat, l. iurisdictionem, 7. §. 4. de pact. P.

E in l. 1. l. idem Pomponius, alias incipit, *si*
de meis, §. recepisse, de recept. arbitr. P.

g *h* verba enim rebus seruire debent, non con-
tra, can. humane aures, 22. questio. §. 1. 2.
§. sed vt subtilitati, de constituta pecunia,
C. cap. intelligentia, de verbor. significat.
cum

cum similib. appellatio itaque arbitri, non A
facit arbitrum, sed forma compromissi;
Panormit. ad cap. Quintianalis, de iure-
iurand. Ludovic. Roman. singulari § 15.
Bartolus, ad leg. societatem, §. arbitrorum,
numero 12. pro socio Pandect. Sic qui iu-
rat, quod stabit arbitrio alicuius, ut in
cum per cap. veniens, de iureiurand. & ibi
Panor. & alii, non ut in arbitrum, sed ut
in compositorem amicabilem & arbitra-
torem, ut & ait Ludovicus Romanus in
prædicto loco. Ita arbitramentum, est vel-
uti transactio quadam, autem si contige-
rit, de iudic. C. las. ad ca. nemo potest, in 1.
lectura. num. 64. de leg. 1.

CAPVT. VI.

Qui possint esse arbitri vel non.

Liberum est compromittere in quos-
libet arbitros, nec refert, an is, qui
arbitrium suscipit, integræ famæ sit, igno-
miniosus, a sit ne in potestate vel extra eli-
gentis, b libertinus, vel ingenuus, c magi-
stratus aut priuatus, d alteriusve qualita-
tis, nisi expresse iure prohibeatur et arbiter
fieri. Prohibentur vero, serui & mulieres, g
nisi illæ sint præcellentes, quæ ut in Gallia
iurisdictionem in subditos habere dicantur,
h Item prohibetur, manifeste excom-
municatus, i monachus, maxime sine su-
periorum licentia. k Poterit tamen & a
summo pontifice, causa ei aut abbati co-
gnoscenda nominatim delegari, l Prohi-
bitum quoque in proprium iudicem or-
dinarium de causa eius fori cognoscetem,
compromittere, de eadem. m Si tamen
non sit competens, compromittenti reo,
nō est prohibitum, quin in eum compro-
missum fiat. n Quemadmodum & licet in
delegatum compromittere, qui retenta
sibi concessa potestate, potest tanquam
arbiter statuere. o At nemo rei suæ hoc
modo constitui arbiter potest, quia sen-
tentiam sibi dicere, & sibi imperare non
potest. p In laicum de rebus spiritualibus
compromitti non potest, q cum ex sua

persona sit incapax eius cognitionis, nisi
id fiat auctoritate Papæ, vel superioris, vel
delegati. s Posset tamen de temporalibus
ecclesiæ compromitti in laicum, t & de
spiritualibus quoque in clericum & lai-
cum simul, v ut dictum antea. Ceterum
electi arbitri non tenentur si nolunt arbi-
trium recipere, si susceperint tamen, co-
guntur sententiam proferre. x

SCHOLI A.

- a ca. infames, 2. §. cognitores, 3. q. 7. l. Padius,
7. de recept. arbit. P.
b nam filius in causa patris, consentiente ad-
uersario, potest esse arbiter, d. c. infames, §.
filius, 3. q. 7. l. quin etiam, de recept. arbit.
c d. c. infames, §. seruus.
d l. 4. §. 5. de recept. arbit. P.
e quia edictum de arbitris, ut dixi, prohibi-
torium est, certarum personarum, & ita
illas promittit quas non prohibet, leg. si pu-
pillus, §. l. non distinguemus, §. si seruus, de
recept. arbit. sic q. imitatur iudicia arbi-
trium, l. 1. eod. tit. in quibus persona, qua
non prohibentur iudicare, permittuntur.
l. cum prator, de iud. P.
f d. cap. infames, §. seruus, 3. q. 7. l. Padius, 7.
de recept. arbit. si tamen tempore compro-
missi & sententia seruus habitus sit pro li-
bero, poterit sustineri eius sententia, per l.
Barbatius Philippus, de offic. pratoris. P. l.
1. C. de testa. cap. consultationibus, de iure
patronat. cap. Apostolica, de cleric. excom.
ministr.
g cap. dilecti, 4. de arbit. l. fin. C. eod. tit. quia
fœmina ab omnibus officiis ciuilib. remo-
ta sunt, d. cap. dilecti, c. infames, §. tria, 3.
questio. 7. can. mulierem, 33. questio. 5. l.
fœmina, de reg. iur. l. cum prator, de iud. P.
h d. c. dilecti, de arbit. nam & illis summus
pontifex causas aliquando delegauit co-
gnoscendas sciens prudensque, ut in cap.
Mennam, 2. q. 5. can. si quis. & cap. cum
deuotissimam, 13. questio. 2. inueniuntur
& mulieres aliquando in lege antiqua po-
pulum iudicasse. Iudic. 4. Dehora, & §. 1.

Tyyy

15. questione 3. meminit Polyenus lib. 7. A
 ἑξατηρικῶν, in cap. ἑξήκων. Gallos
 Celtas, aliquando intestina seditione la-
 borasse, & ad bellum arma sumfisse; ux-
 ores autem ipsorum ipsas inter medias acies
 opponentes crimina deprecatas, transegisse,
 ut viri in gratiam redirent & litem depo-
 nerent, & inde in posterum vicatim oppi-
 daunt, si quando Galli consilium ineunt,
 inquit, de bello, de pace, aut etiam de aliis
 qua communiter ad ipsos aut socios perti-
 nent, singula de mulierum sententia ad-
 ministrantur. Atque in fœderibus cum
 Annibale factis continetur, si de Cartha-
 ginensibus Celta conquerrantur, equitum
 præfatos & duces litem diremturos, sin de
 Gallis Carthaginienses, τῶν κατὰ τὴν γυναικῶν
 δικαίων Gallorum mulieres iudicaturas.
- i cum dicatur arbitria ad similitudinem
 iudiciorum fuisse redacta, leg. 1. de recept.
 arbit. Pand. non valeat autem sententia a
 manifesto excommunicato prolata, capit.
 ad probandum, 1. 4. de sent. & re iudic. lib.
 2. titul. 27. cap. exceptionem, de exceptio-
 nibus, aliter tamen dicendum, si fuisset oc-
 culte excommunicatus, cum nemo talem
 euitare aut diuinare teneatur. cap. vni. ut
 ecclesiastic. benef. sine diminu. confer. l. si
 putator, ad l. Aquil. P.
- k interdicuntur enim monachis litigiorum
 ministeria & officia, capit. 20. de presen-
 tium, 16. questione 1. & ibi gloss. singul.
 l. repetita. Cod. de episcopis & cleric. l. con-
 sulta diuina. de test. §. Deo nobis, de san-
 ctis. epif. in nou.
- l in cap. cum olim, propter, 14. de priuileg.
 ita delegatur causa cognoscenda monacho
 fratri Palmerio canonico sancta Trinita-
 tis, in cap. conquestus, 16. de foro compet.
 quanquam hodie non fiant a summo pon-
 tifice delegati simplices monachi, nisi sint. E
 priores conuentuales, vel expresse de mo-
 nachismo in delegatione mentio fiat, clem.
 2. & ibi gloss. de rescript. cap. statutum eo-
 dem titul. in Sexto. Sunt & inquisitores
 sacrae fidei & haereticae prauitatis hodie
 monachi, ordinis Dominicanorum, vel
 Minorum. Scribit & Angelus Clauasius
 in summa, ad verbum arbitri, nume. 5.
 monachum posse esse arbitrum cum licen-
 tia abbatis, & pro vilitate monasterii,
 argu. cap. 2. de test. in Sexto. & num. 4. ex
 Oldrado tenet, quod etiam sine licentia
 abbatis, possit fieri amicus compositor
 seu arbitrator. Eo quod officium sit pœta-
 tis, reducere discordantes ad concordiam.
 can. iniustum. 2. quest. 3. alii dicunt ex li-
 centia tantum abbatis posse, quod mihi
 magis placet, cum nec sine licentia eius pos-
 sit cum illis colloqui, qui eum sequestrum
 pacis & honorarium constituerunt arbi-
 tratorem.
- m can. infames, §. si quis vero index, 3. quest.
 7. explicat iura leg. sed si in seruum, §. si quis
 index, de receptio. arbit. Pandect. fa-
 cit le. secunda, & le. conuenire, de iudic.
 P. rationem addit Massuerius in praxi,
 ti. de arbitris nu. 8. §. idem nec index, quia
 si hoc admitteretur, posset conuerti in pre-
 iudicium Domini iustitiarum regis, ducis,
 aut principis, cuius personam gerit index
 ordinarius. Item de qua re cepit index
 cognoscere, de eadem pronuntiare cogi-
 tur, l. de quare, de iudic. Pand. nihil pro-
 hibet tamen, quominus index ordinarius
 de causis, quarum est index, amicabiliter
 possit cognoscere. can. si quis membrorum,
 23. quest. 8. ca. si primates, §. 2. & in no-
 uell. 86. capit. 1. §. si vero iudices, ut differ.
 iudic. & c.
- n cap. a iudicibus, §. ordinarii, & arbitrarii,
 2. quest. 6.
- o sic intellige cap. cum olim, 7. de arbit. cap.
 literas, de presunt. c. cum causam, de elect.
 c. veniens, de iureiuran.
- p l. si de re sua, §. 6. de rer. arbit. l. 40. §. fin. de
 fideicom. liberia.
- q cap. contingit, de arbitris, ut si agatur de de-
 cimis, que spiritualibus annumerantur,
 c. causam, de prescriptionib. cap. tua nobis,
 de decimis.
- r c. lator, qui filii sunt legitimi, c. 2. de iudic.
 s cap.

s cap. prator, §. verbum, & ibi gloss. 3 2. dist. A
c. per tuas, de arbit.

t d. c. contingit, & ibi interpretes, de arbit.
v c. per tuas, de arbit.

x l. 3. §. fin. & sequent. 4. & 5. de recept. arbi.
P. l. litigatores, 1. §. 1. eod. tit. recepit se ante
arbitrium videtur, qui iam iudicis
partes suscepit sine quibus se sua sententia im-
positurum pollicetur, l. idem Pomponius,
§. recepit, de recept. arbit. P. & proinde
hodie quoque cogi potest arbiter supplica-
tione edita iudici ordinario, arbitrari. Et
si in longa mora sit, potest pars, cuius inter-
erit, accelerare sententiam, citare aduersa-
riam, & arbitrium ad irritandum arbi-
trium & compromissum, & ad prosequen-
dam instantiam coram iudice, coram quo
antea introducta erat introducenda, ut
Massuerius tradit titulo de arbit. §. item
si arbitri, alioquin pars altera, qua non ex-
spectata sententia arbitri veniret ad ordi-
nariam, compromisso remanente penam
deberet dictam compromisso, l. sed si in ser-
uum, §. fin. & l. si quis rem, §. fin. de recept.
arbit. & sic iudicatum in Senatu Parisien.
anno Domini 1534. 1. Decemb. possunt
tamen adferri exceptiones, ob quas arbiter
non cogetur sententiam dicere: Prima si is
sit magistratus superior, cui alius impera-
re non possit, l. nam magistratus, de recept.
arbit. P. quia par imperium, non habet
in parem, nec in superiorem, l. ille a quo, §.
tempestiuum, ad Senatusconsult. Trebel-
lia. l. c. cum inferior, de maior. & obedi-
cum similibus. Secunda, si fordes, corruptio
sen turpitudine arbitri manifeste appareant,
l. sed si in seruum, §. sunt & alii, de recep.
arbit. Tertia si eum infamauerint litiga-
tores, vel eo spreto ad alium arbitrium
peruenerint, vel ad iudicem, dict. l. sed si
in seruum, §. penult. & l. vel alium, 10. &
l. litigatores, 11. eodem tit. Quarta, si com-
promissum non interuenierit, vel interue-
nerit quidem, sed pena non sit apposta, ab
viraque parte, dict. leg. litigatores. Quin-
ta, si sit lapsus tempus compromisso adie-

Etum, leg. idem Pomponius, cum simili-
bus, eodem titulo. Sexta, si quadam alia
iusta impediunt, ne arbitrium subeat, ut
atque, inimicitia, profectio necessaria,
valetudo, & similia. de quibus in l. licet
15. cum 2. sequentibus. leg. non distingue-
mus, 3 2. eodem titulo. Caterum iure pon-
tificio disputatur, num quis teneatur ar-
bitrium in se in compromissum recipere, alio-
quin liti iudicanda idoneus, an vero possit
recusare. Et notatur, non posse sine peccato
hoc officium repudiare, in canon. sicut e-
nim, per illum textum, & ibi glossa ad ver-
bum vsum, 11. questione 1. & per canon.
precipimus, 90. distinctio. nempe ut dixi,
si alioquin ei muneri sit idoneus, & si aga-
tur de compositione amicabili ei delata, non
autem si agatur de compromisso iudicarij or-
dinis, cuius non sunt omnes periti, maxime
clerici, qui se a seculo negotijs debent, &
volunt, se eximere toto titulo, ne cleric.
vel monach.

CAP. VII.

De quibus modis finitur arbitrorum
potestas.

EXtinguitur arbitrii potestas, morte
arbitrorum, vel alterius ipsorum; a
Et mortuo altero ex litigatoribus, quia
ad illorum haeredes potestas, si haere-
dis mentio non fuerit facta, non ex-
tenditur; b item si non tulerint senten-
tiam intra tempus, quod eius causa com-
prehensum compromisso erat; c simili-
liter postquam arbitri diffinitiuam tu-
lerint sententiam, absoluendo vel con-
demnando. d Idipsum si ad alium arbi-
trum vel iudicem partes compromitten-
tes iuerint; e vel si de negotio transactum
sit; vel homo, vel res, de quibus arbitrium
ferendum, intereant. Et in summa com-
promissum soluitur, morte, acceptilatio-
ne, iudicio, pacto. f

SCHOLIA.

a cap. ex parte, 10. de arbit. l. arbiter calen-

Tyyy 2

- dis, 40. de recept. arbitr. Pano. in compromissis persona arbitrium insertum, personam non egreditur, l. in compromissis, 46. eod. tit.*
- b** *c. fin. de arbit. l. diem proferre, 27. §. 1. l. sed & interpellatur, 49. §. si ab altera, eod. tit. de recept. arbit. P.*
- c** *l. si cum dies, 22. & l. arbiter ex compromisso, 50. eo. poterit tamen proferri dies, antequam labatur ex consensu partium, vel ex potestate data arbitro proferendi in compromisso si opus sit, l. si cum dies, 5. l. labeo ait, 25. l. diem proferre, l. arbiter ita sumtus, de recept. arb.*
- d** *l. qualem autem, 19. eod. tit. Pandect. quia ut ibi dicitur, postquam ita sententia lata est, arbitri nihil in ea addere minuere vel interpretari possunt, quanquam iam esse desinant arbitri, postquam functi sunt offic. facit l. iudex posteaquam, 55. de re iudicat.*
- e** *l. sed si in seruum, 9. §. si cum duab. sequen. de recept. arb. P.*
- f** *leg. non distinguemus, 33. §. summa rei, & §. item non est cogendus, eo. tit. ita si utraq. pars declaret, se nolle stare compromisso, soluetur compromissum d. l. non distinguemus, §. compromisso. quia omnis res per quasunque causas contrahitur, per easdem dissoluitur regulariter, l. nihil tam naturale, de reg. iur. P. l. 1. eod. tit. apud Greg. multis etiam modis aliis exstinguitur compromissum, de quibus consulendus Speculator, tit. de arbitris, & arbitratorib. §. finitur.*

CAPVT VIII.

Compromissi effectus.

Efficat autem compromissum in arbitros, ut eo pendente suspendatur iudicis ordinarii & iurisdictio & cognitio, **a** Etiam in causa principali & appellationis, **b** & per arbitrium comprobatum & homologatum, finiatur lis; **c** neque tempus compromissi computetur in tempore alioquin litis finiendae, vel prosequendi ap-

Apellationem, vel audiendi testes. **d** Ex compromisso etiam litis contestatione facta, actiones perpetuantur, & praescriptio interruptitur, **e** Item acta coram arbitris fidem faciunt coram iudice. **f**

SCHOLIA.

- a** dummodo constet, & opponatur de compromisso, *clem. quandiu, appellat. authen. si tamen, de temporib. appellat. C. & qui prosequitur litem coram iudice, omisso arbitro, in quem compromisit, incidit in poenam compromissi. l. si quis rem, de recept. arbit. P.*
- b** utraque enim causa suspenditur per compromissum, donec fuerit pronuntiatum, vel solutum arbitrium, *d. clem. quandiu, & d. authen. si tamen.*
- c** *authen. ne in arbitris. C. de arbitris, atque hac exceptio, ut exceptio litis finitae, potest impedire ingressum litis super diffinitis. Iuxta Ancharan. ad cap. 1. de litis contestatio. in Sex. lafonem consil. 12. volum. 2. ut transactio. l. eleganter, §. si quis post, & ibi Bartol. & alii, de conditio. indebit. Pandect.*
- d** *in dict. clem. quandiu, de appellatio. quia nulla est negligentia in eo, & ideo nulla poena, cap. quia diuersitatem, de concessio. preb.*
- e** *l. cum antea, §. fin. de arbit. C. Panor. Feli. ad c. illud. de praescript.*
- f** *l. pen. de arbit. C. l. c. causam, c. praesentata, de testib.*

CAPVT IX.

De sententia arbitratorum & eius effectus.

Ceterum pluribus constitutis arbitris, praevalet sententia plurium; verum si tres sint diuersae sententiae in summa, minor erit eligenda. **a** Et si ex tribus arbitris vnus vocatus, noluerit vel non potuerit examinando aut terminando negotio interesse, duo procedere poterunt, perinde ac si ille praesens esset iure pontificio. **b** Sequenda autem forma compromissi, ut sententia

centia valeat. Et proinde arbitri electi, ea A
 lege, vt habito tractatu & consilio aliquo-
 rum sententiam ferrent, tenentur vt recte
 iudicasse dicantur, illorum tractatum, &
 consilium adhibere, quamuis non tenean-
 tur illud sequi. *e* In summa sententiam ar-
 bitrorum seu arbitrium æquitate subni-
 xum, ab vtraque parte obfernare d ap-
 pellatione remota, & compromittentes
 compellendi sunt, nisi illud contineat pec-
 catum per partes non remissibile, f aut si B
 illicitum per sententiam præceptum sit, vt
 puta filium exheredari, vel vxorem dimit-
 ti, g aut si contra formam iuris vel com-
 promissi sententia dicta sit, h aut contra
 prius rem iudicatam. i Sed & si ex plurib.
 arbitris pares numero diuersas sententias
 dicant, licebit sententiæ illorum non stare,
 si tamen maior pars in vnam conueniat,
 ei stabitur, alioquin pœna committitur. k
 Ex compromisso tamen pro implemento
 arbitri, exceptio non nascitur, sed pœnæ
 petitio. l

S C H O L I A.

- a c. 1. de arbit. in Sext.
 b iure pontificio sic statutum in c. 2. de arbit.
 in Sext. eisi non fuerit dictum in compro-
 misso, quod duo sine tertio poterunt pro-
 cedere, quamuis in iure civili, contrarium
 responsum fuerit, in l. si in tres, alias est §.
 legis, nem si vnus, de rer. arbit. P. voluit
 eum lex canonica huiusmodi ita absenti
 haberi pro presente, habita ratione æqui-
 tatis, ne differantur lites. veruntamē con-
 stantio d. c. 2. de arbit. in Sext. non serua-
 tur in foro seculari sed lex civilis, præter-
 quam in terris ecclesiæ, vt notat gloss. ad
 d. c. 2. ad verba, lex civilis, & ibidem Pe-
 trus Ancharanus, Dominicus, & Philip-
 pus, qui aducit sex limitationes, vidēda &
 E
 & gloss. c. 2. de reg. iur. in Sext.
 c. ca. cum olim, 7. de arbit. Plerunque enim
 quis tenetur consilium aliquorum petere,
 vel actum adhibere, quod nõ tenetur sequi,
 cap. licet, de regulis iur. apud Gregor. l. fin.

C. de iure emphyteo. l. quidam decedens, §.
 Papinianus, de administrat. tutor. l. 1. vbi
 pupillus educa. debeat. Pand. vtile autem
 hoc erit adhibenti nihilominus, nam quod
 a pluribus quaritur, facilius inuenitur, ca.
 de quibus, 20. dist. l. fin. C. de fideicom. sic-
 que adhibito consilio, debet quis apud se
 expendere an illud implere expediat. l. 2.
 manda. P. possunt & adhibiti, quoad ad-
 ferre & admonere, qua praterissent for-
 san solum consulentem, l. item si vnus, §. fi.
 alias l. fin. tres, de recept. arb. arg. ca. Ni-
 cena, 32. dist.
 d cap. 2. in fi. de arbit. Quod intelligitur de
 arbitrio simplici ex compromisso, a cuius
 arbitrio appellari non potest communiter,
 quia sibi imputare debent litigantes, quod
 tales arbitros sibi elegerint, can. si quis epi-
 scopus, 36. §. arbitrarium, 2. quæstio. 6. sicque
 in l. diem proferre, §. stari, de recept. arb. P.
 stari, inquit Vlp. debet sententiæ arbitri,
 quam de re dixerit, siue æqua siue ini-
 qua sit, & sibi imputet, qui compromi-
 sit. Nam & Pii rescripto adiiicitur, vel
 minus probabilem sententiam æquo
 animo ferre debet. Sicuti in §. fin. de so-
 cietate apud Iustinia. qui parum diligen-
 tem socium sibi coniunxit, & eligit, impu-
 tare sibi debet, & de se queri, non de eius
 culpa. Idem in l. cum duobus, §. 2. §. fina. l.
 socius, 72. pro socio. P. Atque id exemplo
 quoque iudiciorum dicendum, in quibus
 cum prator cognita causa, per errorem vel
 etiam per ambitionem iubet hereditatem,
 vt & fideicommissum restituui, etiam pu-
 blice interest restituui propter rerum iudi-
 catarum auctoritatem, leg. seruum inui-
 to, 65. §. cum prator, ad senatusconsult.
 Trebell. Pan. videturque insuper ex com-
 promisso res transacta, nemoque dubitat
 pacta seruanda esse, & habere obligatio-
 nem, c. 1. de pact. l. iurispergentium, §. prator
 ait, & l. 1. eodem titul. Pand. Quod & in
 transactione multo fortius admissum, l. fra-
 tris, C. de transact. vt sit litium finis, quod
 curant maxime legislatores, vt accidit ce-

lerius quam fieri poterit, c. finem litibus, de A
dolo & contuma. l. properandum, c. de iud.
ad formam autem iudiciorum compro-
missa redacta sunt. finiendarum litium
gratia, l. 1. de recept. arb. P.

e Quamuis enim remoueantur appellatio-
nes ab arbitratorum ex compromisso senten-
tia, ut dicitur in cap. 2. de arbit. si non ha-
beant aliam, quam ex compromisso pote-
statem, cap. a iudicibus, & can. sequenti.
2. questio. 6. l. 1. Cod. de arbit. in Synodo B
Carthaginensi, cap. 98. & ca. 123. dantur
tamen loco appellationis exceptiones ut do-
li mali, qua poena petitioni obstat, & per
quam retractatur indicatum; l. non di-
stinguemus, l. 2. §. cum quidam arbit. de
recept. arbit. Pan. Sunt & casus in quibus
ipsa appellatio recipitur, de quibus pro-
xime dicitur; Potest & arbitrium com-
promissorum renouari ad arbitrium boni
viri, id est iudicis, l. si societatem, §. arbi- C
trorum, pro socio, P. Appellatio quoque re-
cipietur ab arbitris, in quos compromis-
sum fuerit, si illi alioquin sine arbitrio
causa, ex qua compromissum est, fuerint
ordinarii vel delegati iudices, ca. a iudici-
bus, §. 1. versi. ab iis est, 2. qu. 6. Sed neque
coactio vel executio arbitrii fit per ar-
bitros, sed per ordinarios iudices, l. cum an-
tea, C. de arbit. ibi in hac quidem, & c. &
Bald. ibidem & c. per tuas, de arbit. & ibi D
Panorm. l. a diuo Pio, in princip. de re iud.
P. Quia autem appellatio ordinario iure
ciuili Romano, reuocatur a sententia arbi-
tri, cum proponitur tamen executioni ex-
ceptio lesionis vel alterius immodici da-
mni, petitur reductio ad arbitrium boni
viri, vel ad equum & bonum, coram iudi-
ce ordinario, cap. 2. de arbit. Nempe coram
eo, qui causa fuisset iudex, si non fuisset de
ea compromissum per text. in l. 2. ubi & a E
pud quem cognitio restitutio in integrum
agit fit, lib. 2. C. titul. 47. cap. exposita, de
arbitris. hac porro petitio reductionis, est
quadam species prouocationis ad iudicem
competentem, ut notat Bartol. ad l. socie-

tatem, §. arbitratorum, pro socio, nume. 21.
Panor. ad cap. Quintauallis nume. 39. de
iure iurand. ad c. dilectus, num. 20. de arb.
Alexand. consil. 131. nume. 1. volum. 2.
incip. in causa vertente, & ibi ad illud Mo-
linaus, aut in practica ita obseruari in pra-
xi in Gallia. Sic quoque obseruari in ca-
mera Imperiali tradit Andreas Gaylius
lib. 1. practicarum obseruationum, obser-
ua. 149. ubi plura. Quamquam Bartolus
& alii, sint in contraria sententia, & dicunt
adiri de bere iudicem arbitri, quos non se-
quitur praxis. Sed questio hinc nascitur,
num a iudice reductionis confirmante vel
retractante arbitrii, vel ut loquitur lau-
dum, appellari possit. Cuius referi plures &
contrarias sententias diuersorum docto-
rum in praedicta obseruatione Gaylius, se-
quitur autem ipse adfirmatiuam, ut possit
appellari, ut ante Baldus ad leg. vnic. ne
liceat in una eademq. causa tercio appella.
C. nume. 7. Cum regulare sit, in omnibus
causis maioribus & minoribus, licitum es-
se appellare, nisi sit expresse prohibitum, l.
& in maiorib. C. de appellatio. In hoc ca-
su autem, expresse non inuenitur prohibi-
tum, dum de reductione cognouit iudex.
Quinimo hac sententia reductionis per-
inde habetur, ac si fuisset ab ordinario pri-
mordialiter lata. Et huius etiam senten-
tia est Alexand. consil. 106. nu. 7. vol. 3.
incipient. viso themate. Et ibi Molinaus
scribit, in regno Francia, eam opinionem
in praxi esse, licet opinio Bartoli ad leg. 1.
num. 17. de lega. 2. qua est contraria, ha-
beat plures asseclas, ut scribit Couarruias
lib. 2. variarum resolutionum. ca. 2. num.
3. & 5.

f d. c. 2. de arbit. veluti si sententia contine-
ret simoniam, ut ibi. & capi. cum pridem,
de pact. c. praeterea. in 1. & 2. de transact.
c. constitutus. eod. neq. etiam poena adiecta
compromisso peti possit, si tali quis non ob-
sequeretur iniquo arbitrio, leg. non distin-
guemus, §. cum quidam, de recept. arbit.

g c. Quintauallis, 23. de iure iur. c. 3. de arb.
h cap.

h cap. examinata, 7. de confirmat. uti. vel **A**
 inui. cap. cum olim, 7. de arbit. cap. cum in
 veteri, 1. 2. de electio. leg. Labeo ait, 25. §.
 hac autem, de recept. arbit.

i c. exposita, 1. 1. de arbit.

k cap. fin. §. fin. de re iudicat. l. diem proferre,
 17. §. si plures, de recept. arbit. P. quod in-
 tellige, quando arbitri sunt singulares in
 suis opinionibus, ut tunc nulli illorum ob-
 temperandum sit, ea est sententia in quam
 maiorum pars consenserit, sequenda, ca. 1. **B**
 de arbit.

l 2. de recept. arbit. P. multo minus nasci-
 tur iudicati actio. l. 1. C. eodem tit. Et ideo
 nascitur tantum pœna petitio Et pacti ex-
 ceptio, l. fin. Cod. eodem titul. Si autem sub
 iurando compromissum sit, datur uti-
 lis in rem actio, vel actio in factum ex l. 4.
 Et pen. C. de arbit. Olim etiam si sine iure-
 iurando vel pœnali stipulatione fuisset
 compromissum, dabatur ex arbitrio in-
 cerit actio, l. diem proferre, 27. §. final. de
 recept. arbit. Pandect. id est conductio certi
 ad incertum interesse, ut in leg. fin. Cod. si
 quis in ius vocat. non ierit, quod emen-
 dauit Iustinian. ut dixi antea, Et sine pœ-
 na adiectione compromissum non obligare
 voluit, cap. 1. 1. nouell. 8. 1. ius tamen anti-
 quum restituisse videtur Leo Imperator
 nouell. 72. dum Et pacta nuda efficacia ad
 obligandum declarauit. Potest Et omni-
 no compelli quis obedire arbitrio, si post
 sententiam prolatam acquieverit vel sub-
 scripserit, vel intra certa tempora non fue-
 rit conquestus, aut si soluerit, leg. 4. §. fin.
 de arbit. Cod. Cum autem ex compromif-
 so pœna petitur, is qui eam commisit da-
 mnandus est, nec interest, an aduersarii
 inter sit arbitrii sententia stari, nec ne. leg.
 cum pœna ex compromifso, 38. de recept. **E**
 Pandect. pœna tamen non petetur cum eo,
 quod iudicatum est, nisi dictum fuerit
 in compromifso, ut contra non seruantem
 arbitrium pœna committatur rata ma-
 nente sententia. arg. penultim. de trans-
 actio. P. Prodest itaque illa clausula rata

C manente sententia vel pacto, in com-
 promifso pœnali vel ex stipulatione adie-
 cta, quod duo compromissa facta fuisse in-
 telligatur; unum pœnale, aliud nudum Et
 simplex, ita quod contradicens Et pœnam
 soluere Et nihilominus sententia stare ar-
 bitri, teneatur. gloss. in l. 2. verbum, exce-
 ptionem, de recept. arbit. Pand. Bartol. ad
 l. ait prator, nume. 4. de re iudic. Pandect.
 Iason ad leg. nemo potest, nume. 88. de le-
 ga. Panorm. ad cap. 2. nume. 8. de arbit.
 Si quis tamen ex compromifso iussus ab
 arbitro soluere pecuniam, moram fecerit,
 pœnam ex compromifso debet, sed postea
 soluendo pœna liberatur, l. fin. de recept.
 arbit. Pandect. Debetur autem pœna in
 compromifso, promissa etiam in foro con-
 scientia, capit. dilecti, de arbit. quia l. co
 contumacia, quod non pareatur sententia
 arbitri, soluitur, Et ita semper exigi po-
 test Alexand. consilio 31. opportune,
 volum. 2.

CAPVT X.

In quibus casibus recepta est appellatio
 a sententia arbitri.

Ceterum, quamuis regulariter, ut di-
 ctum est, reiiciatur appellatio ab arbi-
 trorum sententia & arbitrio, aliquando ta-
 men placuit ex quibusdam casibus admit-
 tedam. **a** Veluti si in iudicem, ordinarium
 vel delegatum in causa fuerit compromif-
 sum. **b** Si non sponte, sed iure vel iudice
 cogente, electio arbitrorum facta fuerit. **c**
 Si etiam sententia arbitrorum contineat
 enormissimam læsionem, vel manifestam
 vel euidenter iniquitatem, quamuis iu-
 ratum fuisset compromifsum; **d** aut fal-
 tem peti posset reductio sententiæ arbi-
 trorum, ad arbitrium boni viri, dispensa-
 tione adhibita iuramenti. **e** Adeundus au-
 tem est iudex, siue per viam querelæ, siue
 per viam appellationis, ordinarius inquam
 litigantium; nempe is qui alioquin adeun-
 dus fuisset pro lite, super qua compromif-
 sum est. **f**

S C H O L I A.

- a Quando a sententia arbitri appellari liceat, tractat Alciatus, ad leg. nemo potest, 41. de lega, 1. Socinus in fallentis regula 18. Marantaparte 6. titulo de appellatio. nu. 210. & sequent. Panormit. ad cap. 2. nu. 14. & ad cap. cum dilectus, nume. 17. de arbit. & ad cap. Quintauallis, num. 31. de iureiurand.
- b c. a iudicib. §. 1. 2. q. 6.
- c c. ab arbitris, 11. de offic. delega. in Sext. l. ex consensu, 22. de appella. in Pand. l. fina. in fin. Cod. de iud. l. arbitro, 9. qui satisfacere cogant. Pandect.
- d § per textum in leg. non distinguemus, §. cum quidam arbitrum, de recept. arbit. P. l. arbitrorum, C. eodem titu. Socinus senior consilio 220. nume. 6. volum. 2. Decius consil. 523. num. 1. incip. iuridicas puto. Vbi & addit multa verborum subtilitate compromissi reductionem excludi posse, si de magna iniquitate & enormi lesione quis conqueratur, & constet. Et hanc esse communem doctorum opinionem, scribit & Baldus ad leg. penult. num. 3. de recept. arbit. Pandect. & consil. 380. promitto quod ista per totum. 1. Notat & Gaylius li. 1. practicarum observationum, observatio. 110. numero 9. & 10. ubi addit cautelam esse pro petente reductionem, ut in libello pro obtinenda citatione, enormissimam lesionem vel manifestam nullitatem alleget, seq. ad acta, qua notorium faciunt inter easdem partes, referat, iuxta c. fin. de cohabit. cleric. & mulier. quo casu reductionem admitti, & citatio ad deducendam coram iudice reductionis enormissimam lesionem vel manifestam nullitatem in dubio decerni poterit, sicut & appellatio quoque, in dubio recipienda erit lex. & Paul. Cast. ad l. 1. num. 4. si quis cautio. Pandect. & Alexand. ibi nume. 21. cum ceteris ibi citatis. Sicq. Gaylius predicto loco tradit, in camera Imperiali in causis compromissi sepe citationes fuisse obtentas. Lesio enor-

A mis poterit hic definiri, si quis decipiatur ultra dimidium veri & iusti pretii ex l. 2. de rescind. ven. Cod. Decius consil. 60. viso themate, vel verius aestimatio eius relinquatur arbitrio iudicis vel principis cedentis literas.

e Quidam existimarunt iuratum compromissum, nec appellationem admittere, nec petitionem reductionis, ad arbitrium boni viri, quia iuramentum, quod potest servari sine dispendio salutis aeternae, etiam cum damno facultatum, sit servandum, cap. si vero, de iureiurand. ca. quamvis, de pact. in Sext. Hostiens. & alii ad c. Quintauallis, de iureiurand. Ferrariensis, cautela 8. incip. tu leis, &c. Caldericus consil. 1. de arbitris, & ita iudicium dicit Guido Papaeus, deci. 519. incip. licet renunciarerit, Equum tamen est reductionem peti, non obstante iuramento, dispensatione ex causa impetrata agendi. Quia iuramentum non debet esse vinculum iniquitatis, c. nisi Christus, de iureiurand. Sicq. dispensatione impetrata, iuramentum non obstabit, ut consuluit Ioan. Ananias consilio 16. viso puncto. Massuer. titu. de arbit. §. item signanter, quia cessante causa cessabit effectus exceptionis, c. cum cessante, de appellatio. Atque cap. Quintauallis, de iureiurand. agens, servandum esse iuratum arbitrium, intelligendum est, si aequum esset, non aliter: & ideo iurare in compromisso, merito Iustinianus prohibuit, §. quia vero multa, de iud. in novel. auth. decernimus, C. de arbit. ne partes postea peritium facile incurrerent. Ea ratione quidam in

B damno facultatum, sit servandum, cap. si vero, de iureiurand. ca. quamvis, de pact. in Sext. Hostiens. & alii ad c. Quintauallis, de iureiurand. Ferrariensis, cautela 8. incip. tu leis, &c. Caldericus consil. 1. de arbitris, & ita iudicium dicit Guido Papaeus, deci. 519. incip. licet renunciarerit, Equum tamen est reductionem peti, non obstante iuramento, dispensatione ex causa impetrata agendi. Quia iuramentum non debet esse vinculum iniquitatis, c. nisi Christus, de iureiurand. Sicq. dispensatione impetrata, iuramentum non obstabit, ut consuluit Ioan. Ananias consilio 16. viso puncto. Massuer. titu. de arbit. §. item signanter, quia cessante causa cessabit effectus exceptionis, c. cum cessante, de appellatio. Atque cap. Quintauallis, de iureiurand. agens, servandum esse iuratum arbitrium, intelligendum est, si aequum esset, non aliter: & ideo iurare in compromisso, merito Iustinianus prohibuit, §. quia vero multa, de iud. in novel. auth. decernimus, C. de arbit. ne partes postea peritium facile incurrerent. Ea ratione quidam in Gallia impetrat literas a cancellaria regia, ut in hac causa liceat illis agere dispensatione orienti iuramenti, quam postea obtineant, quod & probatur ex cap. 2. de arbit. & docet Socinus consilio 121. in causa, columna 5. volumine 3. super hoc esse quandam constitutionem legati, concordantis reductionem non obstante iuramento. Sic hodie in Gallia, impetrata tamen, ut plerumque dispensatione, audiuntur iudex

iudex, quamuis Panorm. consil. 77. incipiente in quaestione, in §. dubio, volum. 2. dixerit, quod si enormis esset laesio, non requireretur dispensatio, per cap. veniens, & ca. Quintanallis, de iureiur. vide Rebussum in tomo 3. commentariorum constitutionum regiarum, tractat. de arbitris, art. 1. gloss. §. num. 1. 2. & seq. In constitutionibus autem Ludouici regis Gallorum, art. 34. in publicatis anno domini 1512. permixtum est parti grauata ab arbitro compromissario recurrere vel appellare ad iudicem ordinarium, non obstante renuntiatione facta appellandi a partibus in compromisso, vel non recurrenti ad arbitrium boni viri, ex ratione legis nemo potest, de legat. 1. Intra quod tamen tempus hic recursus haberi debeat, disputat late Rebussum dicto tractatu, de arbitris, art. 1. gloss. 8. Refertque quosdam ad 10. dies retulisse, aliquos ad annum, aliquos ad 30. vel 40. annos, ut officium iudicis, alios ad quadriennium. Resoluit autem, quod in Gallia cum recursus hic fuerit ad naturam, & causam appellationis reductus, ex vi eiusdem constitutionis intra decem dies esse appellandum, iuxta capit. concertationis, de appellatione in Sex. vel posse per constitutionem regiam dantem potestatem petendi rescissionem contractuum per 10. annos, ex dolo & fraude, ex eisdem causis intra ipsum tempus peti reductionem, nisi ante qui petere vult approbarit aliquo modo sententiam arbitri, vide & Rotam decis. 211. in antiquis, qua ait, sic intelligendum esse, ut non obstante iuramento perueniatur ad emendationem & reductionem ad equum & bonum, & illud intelligi in iuramento renuntiationis, dum modo secundum equum & bonum iudicatum esset, non aliter, pro quo etiam facit, l. si libertus, de operis libertor. P. quo pertinent iam citati textus, cap. veniens, & c. Quintanallis, de iureiur. ita iudicatum tradit in senatu Tholosano Afrerius, decis. 167. vide Guidonem Pappum, decis. §. 19. incipiente, licet.

A f ca. si. de foro competent. c. venerabilibus, §. 1. de senten. excommun. in Sex. Afrerius in Stylo parlamenti tit. des appellationis, vide Imbertum, libr. 1. institutio. forensium, §. nec vero. Hic est bonus vir, ad quem habetur recursus, vel ad quem ab arbitris appellatur, permittente constitutione regia, nam iudex ordinarius litigantium sine metu poena. Veruntamen, si is iudex ordinarius sententiam arbitri approbaue- rit, appellatio partis ab eo postea non recipietur, nisi prius fuerit soluta poena in compromisso apposta, quia presumitur pro sententia, l. heremus de euictio. in P. c. in presentia, de renuntia. ut contra, si iudex reprobaue- rit sententiam, pignora & omnia occasione compromissa accepta restituenda sunt, & hoc ipsum pronuntiare debet iudex, si pars petierit, c. exposta, de arbit.

DE OFFICIO ET POTESTATE IUDICIS DELEGATI.

TITVLVS V.

a Hac rubrica exstat, lib. 1. decretal. tit. 29. libr. 1. Sexti tit. 14. & libr. 1. Clementinarum, tit. 87. & libr. 1. Pand. tit. 21. de offic. eius, cui man. est iurisdic.

CAPVT. I.

Continuatio & quid iudex delegatus.

Q Via plerumque iudices recuperatores, seu aut delegati dicuntur arbitri, a ideo post arbitros & de delegatis dicemus. Delegatus iudex is est, qui mandatam iurisdictionem, non suo, sed alterius nomine aut beneficio exercet. Et ideo etiam fidem facere debet de mandato, antequam pro tali habeatur. c.

SCHOLIA.

a ut in leg. 1. de pedaneis iudicibus, libr. 3. C. tit. 3. dicuntur & aliquando iudices dati, l. 2. C. eod. leg. 1. de iurisdic. omnium iud. commissarii vulgo, quibus aliqua causa, vel quippiam ex causa committitur.

b colligitur hac finitio ex iuribus titulorum,

Zzzz